UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 36. Ordinis Grandimontani emendatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66305

Visual Library

Sæcul. XIV. A.C. 1317. prioribus jam condemnatos. Biſoquorum errores & crimina recenſent authores coævi; inter alios Alvarus Pelagius ex Ordine Minorum, poſtea Epiſcopus Silvenſis in Luſitania.

Sup. lib. 89. §. 55. De planctu l. 2. c. 51.

§. XXXVI.

Ordinis Grandimontani emendatio.

Magnæ Ordinis Grandimontani turbæ ac diſſidia Papam Joannem permoverunt, ut prioratum Grandimontanum Ordinis ſedem principem in abbatiam converteret. Sanxit, ut Abbatis electio ad Conventum ſpectaret; totus Ordo ad triginta novem prioratus conventu præditos reduceretur; hi fierent ex præcipuis domibus; Priores eligeret cœnobium, & confirmaret Abbas; reliquæ domus ſingulæ cuidam prioratui conjungerentur ac eſſent obnoxiæ: tribus priſtinis Inſpectoribus quartum addidit. Hæc inſtauratio facta eſt anno 1317, poſt principium Ordinis 241, ſi numerum ordiamur a receſſu S. Stephani in ſolitudinem Murellinam, hanc enim adiit anno 1076.

Bal. to. 1. p. 137. 157. 191.

Sup. lib. 62. §. 7.

§. XXXVII.